Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Maria Salamone S. Albericius Eps. S. Cordula. V. M. 22 Oct.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

1 S. Maria Solome, una cum alijs pijs fæminis & matre Domini, ſeſe Chriſti in terris obſequio adiunxit. Eundē crucifixum mortuumq; unctura proceſſit, ſed reſurrexiſſe deprehendens, vitam reliquam cæpto ſemel deuotionis inſtituto conſummauit Hieroſol.

2. S. Alberteius Hierapoleos in Phrygia Eps, celeberrima authoritate vir, claruit temporibus Marci & Lucij fratrum Imperatorum. Extat etiamnum eius epiſtola ad Imp. Marcum, quæ Apoſtolicum eius ſpiritum legentibus manifeſtat.

3. S. Cordula V. ultima de ſodalitio S. Vrſulæ ſupplicio affecta, nempe poſtridie Vniuerſalis martyrij; nam cum cæteræ promiſcue ſternerentur, ipſa ſe nauis latebris continuit ſed melius docta per noctis tenebras, ſe ipſam carnificibus obtulit ad ſimilem ſodalium mortem.

S: Maria Salemone S. Albericius Ep. S. Cordula. V. M. 22 Oct.

Cognitio ſui.

Venale eſt regnum Dei, eme ſi vis. Tantum valet, quantum habes, noli quærere quid habeas, ſed qualis ſis. Aug.

Suſcipe Dne preces noſtras quas in B. Mariæ Salomes (S. Alberici, S. Cordulæ) ſolemnitate deferimus, cujus nos confidimus patrocinio liberari. Per D. N. Ieſum &c.

Ora pro benefactoribus tuis, &c.